



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XIII. Der Rath zu Eberswalde überläßt den Klöstern der Dominikaner und
Minoriten zu Straußberg und Angermünde eine feie Haus-Stelle zu
Eberswalde, sofern die Mönche sich untadelhaft führen werden, am ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

secare permittatis et ducere e prefatis nemoribus nostris et mericis, quantum indiget et sibi fuerit oportunitum absque omnimodo emolimento et contradictione, quoniam hoc volumus irrevocabiliter perpetuis temporibus observari. Datum Everswaldis, Anno Domini MCCC. vicesimo quinto, in vigilia Assumptionis Marie.

Aus v. d. Sagen's Beschreibung, S. 250.

XIII. Der Rath zu Eberswalde überläßt den Klöstern der Dominikaner und Minoriten zu Straußberg und Angermünde eine freie Haus-Stelle zu Eberswalde, sofern die Mönche sich untadelhaft führen werden, am 17. September 1325.

Nos consules ciuitatis Everswolde, Prior totusque conuentus fratrum predicatorum in Struzeberghe ac Gardianus totusque conuentus fratrum minorum in Angermunde tenore prefencium recognoscimus publice protestantes, quod dicti consules ciuitatis Everswoldensis antedictis fratribus vnam aream in ciuitate Everswolde sitam pure propter deum maturo consilio erogarunt libere et quiete sine omni exactione perpetuo possidendam, si dicti fratres decenter se regunt et honeste, sicut fratres se regere tenentur, Et si nichil criminosi ac viciosi notabilis operis manifesti perceptum fuerit ab eisdem. Si autem, quod deus auertat, aliquid viciosi et inhonesti eorum famam denigrans perpetrarent, tunc sepe dicti consules structuram super illa area factam sine fratrum dictorum rixa soluere debent et area cum structura cedere debet in vsu consulum predictorum. Item condicio talis est adiecta, quod fratres aream eis datam nullomodo debent ampliare et sicut eis data in tali spacio debent quiete possidere. In huius evidenciam sigilla nostra sunt appensa presentibus. Datum anno Domini M^o. CCC^o. XXV^o., feria tertia ante mathei apostoli.

Aus einem alten Neustädter Copialbuche.

XIV. Markgraf Ludwig verkauft der Stadt Eberswalde seinen daselbst besessenen Hof, am 6. October 1326.

Ad perpetuam rei memoriam infra scripte, Nos Lodewicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, sacri Imperii Archicamerarius, recognoscimus et in uniuersorum volumus notitiam pervenire, quod fidelibus nostris et dilectis Consulibus atque uniuersitati civium in Everswolde vendidimus iusto venditionis contractu, pro viginti marcis argenti brandenburgensis et in perpetuum ipsis dedimus, Curiam sitam in civitate nostra predicta, que nostra fuit, ipsamque resignavimus per nostrum prefectum ibidem, speciale nostrum mandatum ad hoc habentem, sollempnitate debita et consueta, coram Iudice implicodato, pro tribunali sedente et coram septem scabinis. Renunciamus igitur dicte curie et Aree debita renunciatione nec non omni iuri, quod nobis ad eandem curiam competeat, Ita quod ipsi nostri Burgenses liberam